

140 *munitus, David humilitate exaltatus, Salomonis sapientia decoratus tibi in omnibus
placeat et per tramitem iusticię inoffenso gressu semper incedat. Tu, domine, qui*¹³³
*regna omnium moderaris a seculo, tali eum, quesumus, benedictione glorifica, ut
Davittice teneat sublimitatis sceptrum et glorificatus in eius merito inveniat. Da ei*
145 *tuo spiramine cum mansuetudine ita regere populum, sicut Salomonem fecisti regnum
optinere pacificum. Et cui concessisti regendi populi tui curam, tribuas
secundum tuam voluntatem effi/catiam exequendi, ut quibus tuo dono
imperat, eis tua opitulatione fultus salubriter prosit. Tibi*¹³⁴ *semper cum
timore sit subditus, tibi que militet cum quiete. Sit tuo clipeo protectus et ubique tua
gratia victor existat. Honorifica eum pre cunctis principibus gentium; felix populus*
150 *dominetur et feliciter eum nationes adornent*^o. *Vivat inter gentium catervas magnani-
mus, locupletet eum tua providens dextera, ut sit semper equitatis amator. Pre-
sta ei prolixitatem vite per tempora et in diebus eius oriatur iusticia. A te robustum
teneat regiminis solium et spiritus*¹³⁵ *sancti gratia humilitatis nostre officio in eum
copiosa descendat, ut sicut manibus nostris indignis oleo materiali pinguescit exterius,
155 ita eius invisibili unctione delibutus inpinguari mereatur interius, et*¹³⁶ *cum io/cun-
ditate et iusticia eterno gloriatur in regno.*

19. Tunc submotis indumentis unguat ei pectus¹³⁷ crismate sub-
missa voce dicens:

160 *Ungo*¹³⁸ *te in pectore chrismate sanctificationis, ut firmior fias et im-
plearis spiritu sancto, sicut unxit Samuhel David in regem et prophetam, ita unga-
ris et confirmeris in nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.*

20. Item detectis scapulis dicatur:

*Unguantur*¹³⁹ *scapule iste oleo sanctificato, unde uncti fuerunt reges et pro-
phete, et sicut unxit Samuhel David in regem, ut sis benedictus et constitutus princeps*

o) Hs. adorent.

133) qui – Z. 145 pacificum: PRG 72, 10 (VOGEL/ELZE 1 S. 250 Z. 5-9), hier aber wieder für einen Fürsten umgearbeitet.

134) Tibi – Z. 153 solium: PRG 72, 10 (VOGEL/ELZE 1 S. 250 Z. 9-17).

135) spiritus – Z. 155 interius: PRG 72, 16 (VOGEL/ELZE 1 S. 254 Z. 12-17).

136) et – regno: PRG 72, 10 (VOGEL/ELZE 1 S. 250 Z. 17f.).

137) Es werden nur Brust und Schulterblätter gesalbt (siehe Nr. 20), in der Quelle (PRG 72, 13-15, VOGEL/ELZE 1 S. 252-254) beim König dagegen Hände, Haupt, Brust, Schulterblätter und Ellbogen, siehe auch oben S. 66f.

138) Die Salbungsformel übernimmt Elemente aus der Bischofsweihe, PRG 63, 36 (VOGEL/ELZE 1 S. 219f.): Unguantur manus istae de oleo sanctificato et chrismate sanctificationis; sicut unxit Samuel David in regem et prophetam, ita unguantur et consumentur in nomine Dei patris et filii et spiritus sancti.

139) Diese Salbungsformel entspricht weitgehend jener bei der Handsalbung der Königsweihe: PRG 72, 13 (VOGEL/ELZE 1 S. 252 Z. 29 – S. 253 Z. 4).